

ni est; non ratione iudicabit, quia hanc aut sponte, aut pacto pretio domino locant. Nec est quod opponas, dominum desiderare pretium. Quoniam is delegavit vendendam esse mercem, non viliori pretio vendatur; ceterum nunquam eius intentio fuit ne prius venderetur, si occasio occurreret. Bona ergo fide domini agere internum debent, & eam adhibere diligentiam qua in proprio mercatorum negotio. Si vendere mercem pretio medio, aut summo possint, iustitia semper servata, negligere hoc non debent.

XV. Quod dictum de venditione est, idem dicimus de emptione. Interdum ministri, famulive emunt pro domino merces pretio infimo, aut medio; & eas domino comptant pretio summo. Et hoc vero latrocinium honeste, dicunt, mercatores in eorum gratiam, & favorem pretium dimittunt. Qui pretium nulli est, & inanis. Quoniam rem domini agere sibi tenentur. Quare furcs sunt factores, dum pannos ad vestes confectendas ex commissione domini ementes, aliquid sibi retinent, obtentu quod vilis emerint, aut quod cessaverint a laboribus, & damnati loci cessantis palli sint tempore infumo in emptione. Nam sponte obtulerunt domino propriam illam induriam. Nec verum, sed falsum reperto quod docent Salmanticenses cum aliis tract. xiv. cap. 11. num. 76. videlicet factores qui, diligentia adhibita, non inveniunt pannum nisi pretio summo, puta 40. & mercator amicus dimittit octo, aut decem, ut in posterum ad ipsum empturi accedant, infideliter quidem agere, detractum pretium retinendo; misime vero peccare contra iustitiam, quia mercator donavit. Falsam, inquam, reputo hanc recentiam opinionem: quia praxitex iste donationis commentio est. Committunt mercatores autem le diminuerunt pretium, ut alliciant emptores; ceterum infra limites iusti pretii nunquam dimittunt. Et si domini ipsi facto factorem adirent mercatores, eodem ac factores pretio emerent. Quandoquidem mercatores non in factorem, sed in numerate pecunie gratiam, aliquando aliquid pretii detrahunt. Accedit quod prelati opinio viti fraudibus, & fortis aperit. Factores rem dominorum agunt, illorum pecunias expendunt. Ergo nullam hinc incram comparare sibi iure valent.

CAPUT VI.

De infimo verum pretio; & de peccatis, & fraudibus que in infimo excessu committi solent.

I. Unctio que in mundo sunt, propter hominem Deus creavit. Idcirco ea que magis minime hominis utilitati, & commodo intersunt, prius aut minoris valent. Pretium ergo non a mercedum natura, sed ab earundem utilitate quam homini affertur, delendum est, ut optime observat S. Thomas V. Ethic. lect. 13. Non enim appetitur secundum dignitatem nature ipsarum, aliquam mens quod est animal, sensibile, motorio, protii esse, quam una margarita, que est res inanimata: sed verus pretia imponuntur, secundum quod homines indigent eis ad suam usum.

II. Pretium iustum duplex est. Aliud legitimum, Principio lege taxatum; & hoc indivisum est, quodlibet incrementum, aut decrementum excludens. Aliud autem, a quod iuxta restant rationem, omnibus circumstantiis spectatis, iustum censetur, & appellatur vulgare, quia communi hominum existimatione tale reputatur. Hoc dividuum est in tres gradus, primum, moderatum, & rigorosum, sive, infimum, medium, & supremum. Omnes fatentur, difficile consista iustitiam istius iusti pretii designari posse. Hanc dumtaxat regulam tradunt, alioquin obviam. Quo res vilior est, eo arctior est latitudo, pretioris vero ampliore latitudine. A iudicio ergo procedendum, & a communi estimatione repetenda est pretii iustitia. Si medium alicui rei vilis pretium sit 5, infimum erit 4, & supremum 6, & sic erit latitudo tantum duorum. Si rei pretiosae medium pretium sit 100, infimum erit 95, & supremum 105, & tunc latitudo erit 10. Neque ob hoc iustitia iustitiam rei taret: quia medium iustum iustitiam non est, sed prelatos gradus accipit. Quando pretium legitimum non est prescriptum, venditi merces debent pretio naturali, seu vulgari.

III. Quæst. I. Qui verum pretia augent, vel diminuant, sunt ne restitutioni obligati? Respondetur propositio quæstio respondendum, doctrina S. Thomæ tractibus, que in universa hac controversia præ oculis habenda est. Quatuor quippe capita continent, quibus plurime resolvuntur difficultates. Hac autem statuit Doctor sanctus 2.2. quæst. lxxvii. art.

art. 1. Dicendum, quod fraudem adhibere ad hoc quod aliquid plus infimo pretio vendatur, omnino peccatum est; iniquum aliquis deceptio, propterea in damnationem ipsius. Unde C. Tullius dicit in Lib. III. de offic. ... Tollendum est iustum in rebus contrahendis omne mendacium. Non licitatem venditor, nec qui contra se licet, emptor apponat.

Si autem frans deficit, tunc de emptione, & venditione dupliciter loqui possumus. Uno modo secundum se: & secundum hoc emptio, & venditio videtur esse introducta pro communi utilitate utriusque; dum scilicet quis indiget re alterius, & e converso si fieri potest per Philof. in 1. Polit. ... Quod autem pro communi utilitate inductum est, non debet esse magis in gravamen utriusque rei inter eas contractus institui. Quantitas autem rei que in usum hominis venit, mensuratur secundum pretium datum, ad quod proportionem esse videtur, ut dicitur in 1. Ethic. ... Et ideo si vel pretium excedat quantitatem valoris rei, vel a converso res excedat pretium, vel non iustitia equalitatis. Et ideo carius vendere, vel vilius emere rem quam valet, est secundum se iniustum, & illicitum.

Alio modo possumus loqui de emptione, & venditione, secundum quod per accidens cadit in utilitatem utrius, & detrimentum alterius; puta, cum aliquis multum indiget habere rem aliquam, & alius leditur, si ea carat: & in tali casu iustum pretium erit, ut non solum respectivo ad rem que venditur, sed ad damnum quod venditor ex venditione incurrit. Et sic licite poterit aliquid vendi plus quam valet secundum se, quamvis non vendatur plus quam valet habenti. Si vero aliquid quis multum indiget ex re alterius quam accipit, ille vero qui vendit, non superaddere carendo re illa, non debet, non superaddere: quia iustitia que conditioni ementis, nullus autem debet vendere alteri quod non est suum; ille tamen qui ex re alterius accepta multum indiget, potest propria sponte aliquid vendenti superrogare: quod pertinet ad eius iustitiam.

IV. Primum ergo docet, eum qui fraude pretium auget, proximum decipere, peccatumque perpetrare. Secundo, etiam lesula fraude, plus isto vendere, aut vilius emere quam res valet, est peccatum contra iustitiam. Tertio licitum est vendere supra iustum pretium commode, quando venditor damnatum patitur, dum tali le merce privat in

favorem emptoris. Quarto, dum venditor damnatum non patitur, licet emptor magnam commodum percipiat ex emptione, non propterea licitum est pretium augete.

V. Disputant iuniores, utrum quando unum decipit alterum contentum intra latitudinem iusti pretii, teneatur ad restitutionem? Vendis mercem pretio infimo, aut medio; poteris ne emptorem decipere accipiendo superpretium? Adfirmant Ioannes Medina, & Petrus Navarra, qui postea se retractaverunt. Opinio hæc falsa omnino est. Quamvis enim contractus ante conventionem possint, sibi sibi mendacis, & dolis, pretium augete utque ad gradum summum, vel diminueret ad infimum, & quique suum commodum promoveret; nequeunt tamen, conventionem facta, quidquam augete, vel diminueret. Latitudo pretii intra tres indicatos gradus absolute iusta est; res designato modo contentu uno ex tribus gradibus licitum minime est vel transire vel eodem recedere. Obvia itaque responsio ad questionem est, peccare contra iustitiam, & restitutioni obnoxium cum esse qui auget, aut dimittit iustum pretium, sive legale, sive naturale, taxatum ab ipso contrahentibus.

VI. Advertendum, in foro exteriori non cogi ad restitutionem, nec dari actionem nisi contra eum qui, aut ultra dimidium vendiderit, aut infra dimidium iusti pretii emerit. In foro vero interiori, quidquid ultra iustum pretium augetur, vel diminuitur, restituendum est.

VII. Quæst. II. An qui fraude, mendacitæ inducit aliquam ad emendum maiori pretio quam esset, hoc iusta restitutionem iusti pretii, peccat? & tenetur ad restitutionem? Resp. Iuræ mercator, tanti sibi habeat mercem, quod, saluum aliquem est. Iuræ emptor, tanti potuisse mercem emere, quod verum non est. Tam vendentes, quam ementes tunc iusta mendacis, & fraudibus, ut quique inducat alterum ad pretium summum. Sublati autem etiam modo mendacis, nec ille emisset nisi pretio medio, aut infimo; nec ille vendidisset nisi pretio supremo. Salmanticenses tract. xv. cap. 11. præf. 9. & 1. num. 84. docent, hoc peccare peccatum mendacis, aut perituri; licet violare iustitiam: quia hæc, inquit, sunt communi mendacia vendentium, & ementium, & homines communitur norunt esse stratagemata negotiatorum, quibus fidem non prestunt: & si fidem incaute prestent, sibi imputant, quia factis sunt ad credendum. Et citant pro hac opinione Trullenchum, Bonaciam, & Re-

bellum. Quia ergo communia vendi mendacia, peritua, & fraudes inter vendentes & ementes, quibus hi se mutuo pertraherent ad solvendum pretium illud quod aliquin, veritate patefacta, non solvissent; ideo non peccant contra iustitiam? Multitudine ergo peccantium iniustitia defenditur. Opinio mea est peccare istos contra iustitiam, & restitutioni esse obnoxios. Quoniam quique ius habet ne fraude pertrahatur ad pretium augendum, ad damnum lullingendum, ad lucrum amittendum. Sibi imputat Christianus debet, si fidem iuranti fratri adhibet? At clamat S. Paulus I. ad Thelal. iv. *Scitis que precepta dederim vobis per Dominum Iesum. . . ne quis supergradatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum. Quoniam vindex est Dominus.*

VIII. Quæst. III. *Sunt ne causæ aliquæ ob quas licitum sit aut prius vendere, aut minoris emere quam prior abestis valeat?* Resp. Communis opinio docet, mercem plus vendi posse quam valeat secundum hi, quando venditio damnum venditori adfert, aut eum aliqua commoditate & utilitate privat: quoniam iustum rerum pretium, ut dixi, non taxatur per comparationem ad mercem absolute spectatam, sed circumstantiis vestitam. Porro incommodum quod venditor patitur, & utilitas qua privatur ob talem venditionem, sunt pretio assimilabilia, & cadunt sub dominio venditoris. Ergo sunt iura augendi pretii causæ. Communiter quoque augendi pretii iustam causam afferunt lucrum cessans, & damnum emergens; ut si venditor esset conservaturus merces in tempore futurum, quo probabiliter plus venderet, essent, aut periculo exponeret pretii amittendi: Quod verum est, inquit, tamen si pretium esset a Principe taxatum: quia potestas suprema pretium definit, merce spectata secundum se, & circumstantiis preciosis. In his tamen causis manifeste emptori venditor debet augendi pretii causas. Adveniens inluper, tunc venditorum posse augere pretium ob indicatas causas, quando eundem emptor sollicitat, & urget ad venditionem; secus, si venditor ipse ultro mercem suam vendendam offerat: quia tunc emptor non est causa cur venditor patiatur incommodum, amittat lucrum, subeatque periculum aliquod ob talem venditionem.

IX. Affectus peculiaris quo venditor afficitur erga mercem vendendam, sufficiens causa augendi pretii communiter reputatur. Tapia tamen contradicit: quia ob talem affectum merx non adfert aliquod commodum

emptori; sed neque damnum emergens venditoris utile est emptori. Causa augendi pretii non est emptoris utilitas, sed venditoris incommodum, molestia, privato meritis amata. Ut vero affectus ille iusta augendi pretii causa sit, debet esse rationalis. Tum vero rationalis exillimatur, quando res vendenda aliquibus prerogativis ornata est respectu venditoris; ut si dono accepta sit a Principe, si sit antiqua, si sit paterna domus &c. Debet tamen pretium iustum moderatum esse iuxta prudentium estimationem. Sepe venditoris affectum hunc enormi pretio vendere ludens, domi ab emptoribus necessitate prellis sollicitari se sentit. Et sepe contingunt, atque confundunt cum proprio affectu commodum, & necessitatem emptoris. Atque tunc graviter peccant, & ad restitutionem tenentur. Ut mox dicemus, nec tantillum augeri pretium iure potest ob emptoris incommodum, aut habende meris necessitatem. Solum ergo proprium affectum rationalem erga peculiarem mercem vendentes spectare debent, & iuxta prudentium iudicium, non iuxta immoderatam cupiditatem augendum pretium est. Venditores ergo aut negent in his casibus meris venditionem; aut prudentium arbitrio se subiciant in pretio augendo: alioquin & iustitiam ledent, & restitutioni obnoxii erunt.

X. Quæst. IV. *An liceat pluris vendere mercem, quia emptori est valde utilis, grata, vel necessaria?* Resp. Negat communis, & vera sententia: quia hæc omnia non cadunt sub dominio venditoris; sed emptorem afficiunt. Iniustitia autem manifesta est vendere id quod proprium suumque non est. Revocanda ob oculos sunt verba S. Thomæ supra allata. *Si aliquis multum invenit ex re alterius quam accepit; ille vero qui vendit, non damnificatur cavendo illa; non debet eam super vendere: quia utilitas quo alteri accretis, non est ex vendente, sed ex conditione contractus. Nullus autem debet vendere alteri quod non est suum, licet possit vendere ei damnum quod patitur.* Qui ergo agrum contiguam, domum contiguam pluris vendunt, quia id perutile emptori est, peccant contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem.

XI. Quæst. V. *Picturæ, & statua singularis artificii, gemma pretiosa, aurum, vitæ, & alia similes merces que ad vilium, commerciumque humanum band sunt necessaria, queque pretium deficiunt non habent, vendi ne, aut emi quocumque arbitrario pretio possunt?* Resp. Adfirmant plures, & non ignobiles Theologi, contententes similia vendi quo-

quocumque, quantumvis excessivo; & emi quocumque pretio, tamen vilissimo, posse. Mulier cantatrix, aut salatrix, inquit, multicus excellens possunt pretio ad libitum ingenti locare operas suas, nempe cautum, salutationem &c. Picturæ antiquæ, statuæ, uniones, & similes merces, cum nullum habeant, sive vulgare, sive legale, determinatum pretium, poterunt, inquit, vendi pretio convento inter partes contrahentes, sive exiguo, sive summo, nullo prestito limite; iuxta illud axioma: *Tantum valet res, quantum vendi potest: si. Ad Senat. Confidit. l. 1.* Siquidem merces ista, cum non sint necessariae humane vite, qui vult eas emere excedenti pretio, libere dat quod alter exigit; & qui eadem vendit pretio villi, libere donat plus illud quod valet.

XII. Opposita sententia probabilior est. Quandoquidem etiam recensitæ merces, alique singules fuerim pretium habent; peritorum estimatione taxandum. Licet enim necessaria non sint ad humanam vitam, pertinent tamen ad ornatum, & decorem familiarum, & civis civitatis. Immo repta sunt artis periti qui talium mercium pretia definire solent, spectatis circumstantiis raritatis, vetustatis, artificii, & pretiositatis earundem. Illud advertunt omnes, merces que villi pretio veniunt apud unam nationem, apud alteram summo pretio emi. Vitra, crystallæ, specula, & plurimæ pretiosa reputantur apud Iapones, alique orientales gentes. Taxandum ergo pretium iuxta prudentium estimationem peritorum illius regionis in qua merces venduntur. Omnes tamen fateri debent, istarum mercium pretia latiora habere consilia quam merces ceteræ que sunt necessarie humane vite.

XIII. Quæst. VI. *Que in substitutione exponitur venalis, emi ne, aut vendi possunt quocumque pretio, sive villi, sive summo?* Resp. Communis Auctorum sententia est, merces que sub hac præconis voce venales exponuntur, cum nullum pretium determinatum habeant, posse vendi, & emi quocumque pretio de quo inter partes conventio fiat. Quia publica potestas, que hoc forum instituit, simul decernit illud pretium esse iustum quod in emptorum concuio oblatum fuerit. Quare si emptores vilis emant, aut carius solvant merces, pretium excelsus in hoc ludio, seu certamine, ultro, citroque remitti; & redondari censetur. In hunc enim finem publica hæc licitatio instituitur, ut majori quo fieri potest pretio merces vendantur: & concurrentes m-

Conc. Theol. Tom. VII.

norî, quoad possunt, emere student; & ex emptorum frequentia ac multitudine pretium augetur, & ex eorumdem paucitate diminuitur.

XIV. Omnes advertunt, iustum esse hoc inter contrahentes pretium, dummodo fraudes abint. Plures enim committit fraudulenter in civilibus licitationibus, potissimum dum venditur lacorum montium oppignorate merces. Siquidem modo emptores monopolium ineunt non offerendi nisi tantum pretium, ut venditores cogantur vitius vendere; modo venditores & proxenetæ quo tempore merces vendendas proponunt quo sciunt paucos emptores concurrere ad emendam; ut amicos favent, & quibus voluerint, vendant; & ipsi post venditionem mansucula accipiunt, & amicos sibi faciunt de mammona iniquitatis. Aut contra, ut carius vendant licitatores; apponere, seu inmittere fictos emptores solent, qui pretium simulat offerant; provocantque emptores vero ad pretium augendum; aut detestus rerum occultos patefacere negligunt. Omnes fraudes istas, & similes vitiant contractum, & ad restitutionem obligant. Si quis emptorum alios hortetur non plus tulio offerant, nullum peccatum est; dummodo finere, & fraude lubiaria id fiat.

XV. Quæst. VII. *Unde desumatur pretium vulgare, seu naturale; & quomodo sint illius augendi causæ?* Resp. Iam diximus supra, pretium iustum communium nominum estimatione constituit; & latitudinem exciperi infini, medi, & supremi. Que tamen licitudo non temper constans est; sed variationem admittit propter varias circumstantias temporum, locorum, & personarum. Et quod ad tempus attinet, hoc aut præsens est, aut futurum. Si merx præsens vendatur, pretio tum obriente vendi debet; si merx futura vendatur, ut fructus nascitur, habenda est ratio pretii quod curret temporis traditionis: quia tum res suam habet utilitatem, cum existit. Quare qui emunt triticum mense Februario pretio tunc vigente, tradendum postea mense Iulio, aut Augusto, quo creditur plus vendendum, peccant contra iustitiam, & ad restitutionem tenentur. Desatendum ergo est pretium iuxta valorem quem merx habet tempore quo tradenda est.

XVI. Altera circumstantia loci in quo merx est, spectari debet. Si existens Venetis habeat merces Ferrariz; pretio quo Ferrariz non quo Venetis valent, vendi debent. Si tamen Venetis esses eisdem asportatus,

M detra-

detractis expensis, pretium quo hic valent, exigere potes: aut si tuo periculo, & expensis in locum ubi plus valent, conducere velis, eiusdem loci pretio vendere illic licet. Hinc mercatores ementes merces vili pretio in loco uno, possunt vendere pretio currente, tametsi alio, in loco in quem illas transferunt. Augere tamen iustus loci commune pretium nequeunt, etiam si ingentes expensas, & gravia pericula subierint, etiam si carius emerint quam valeant in loco venditionis, etiam si magna damna graflatorum, aut piratarum passi sint. Nulla horum habenda ratio est, sicuti nulla habetur, quando vilissimo pretio emerunt, & exiguis expensis merces affortantur. Negotio enim fortis iuslibet est: idcirco licitum est lucrum. Quamobrem mercatores, five carius, five vilius emerint, pretio currente in loco, in quo merces traduntur, vendere illas debent: ut communis Auctorum sententia docet. Si vero determinatum pretium, five legale, five vulgare, non sit in loco in quo venditur: tunc haberi ratio potest in pretio constituto expendarum, & periculum quæ mercatores passi sunt.

XVII. Tertia circumstantia personarum iustitias esse causa potest pretii augendi. Personæ illæ sunt mercatores, qui ob Reipublice utilitatem, & commodum ex variis locis merces humanæ vitæ necessarias accurrunt. Hac illi professione, seu arte victum sibi comparant. Quare merces in mercatorum manibus pluri quam si ab aliis privatim vendantur, valent ratione artis quam ob commune bonum exercent. Pretium tamen a lege constitutum nec illi excedere possunt: quia qui pretium taxarunt, ob oculos habere mercandi artem, ceteraque circumstantias. Igitur circumstantia illæ temporis, loci, officii, rationes sunt cur pretium five legale, five vulgare augeri possit. At semel pretio five legali, five vulgari constituto, illius prætercedi limites nequeunt mercatores. Immo alii quoque privati idem ac mercatores exigere pretium possunt: quamquam communiter isti minoris vendant, quia expedita vendendi opportunitatem negligunt, & vitro merces offerre solent, sciuntque emptores minoris illas vendere merces posse: cum liberi sint ab expensis, & incommodis quibus subiecti sunt mercatores. Empitorum multitudo, & mercium penuria causa quoque sunt cur augeri pretium possit.

XVIII. Quæst. VIII. *Quam sint circumstantiæ in quibus verum pretia deesseant?* Resp. Primo ob emptorum paucitatem, &

mercium affluentiam minui pretia solent, necesse tamen ob aliquam conspirationem iniquam, sed ob varios naturales eventus accidit aut mercium affluentia, aut emptorum paucitas. Secundo minoris quam absolute merx valet, emi potest, quando in gratiam venditoris ultra mercedem offerentis emitur, quæ aliquo non emeretur: quia tunc adeo utilis, & comoda merx non est emptori, quemadmodum carius venditur, quando in gratiam emptoris venditur id quod alias non venderetur. Caute tamen modus adhibendus est, & in his circumstantiis ob oculos habenda est sancta fraternitatis regula: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Nemo ex fratris egelate discedere debet. Minui, vel augeri pretium pro circumstantiarum varietate licite potest, ac semper modus rebus servandus. Quando ergo venditores rogant ut merces emantur, aut eas per viros, & plateas per proxenetas vendendas mittunt, minui dubio procul pretium, & vilius emi potest, ac semper servatis tum in venditione, tum in emptione æquitatis, & caritatis regulis. Tertio ratione donationis factæ vel a venditore, vel ab emptore, minui, aut augeri pretium contingit. Sed hæc donatio maxime inter emptores & venditores extraneos præsumi non potest, nisi urgens, & manifestum id præsumendi signum occurrat. Inter amicos, & consanguineos aliquando id contingere potest. Quarto aliqui Casuista cum Diana diminiunt pretium posse contendunt ob venditoris necessitatem: quia, inquit, ex hac necessitate evenit quod merces sint ultroneæ; atque adeo pro media, vel tertia parte vilescant. Sed hæc opinio fallax, & scandali plena est. Tunc solum necessitas est ratio augendi, vel diminuendi pretium, quando est communis, & universalis, ob quam merces absolute ob copiam, aut raritatem crescunt, aut decrescunt. Ceterum personalis necessitas vendentis, vel emeritis nunquam ratio legitima esse potest ob quam pretia rerum variantur: aliquo carius pauperibus vendende merces essent, quia necessitate coacti emunt: quod iniustitiam, & inhumanitatem præfert.

XIX. Quæst. IX. *Possunt ne mercatores pretio currenti merces vendere, dum sibi brevi mercium copiam suspaventuram, atque adeo curiam pretium diminuendum?* Resp. Similem fere casum supra ex M. Tulio de mercatore frumentario Alexandrino enarravi. Mercatores ex epistolis acceptis sciunt copiam mercium brevi futuram: sciunt

mercibus iam esse in civitate, sed clausas & occultas, brevi tamen exponendas: sciunt legem a Principe brevi ferendam pro pretii diminutione. Et questio quæ de venditore proponitur, eadem est de emptore. Prima opinio negat, in his casibus vendi pretio currente merces posse: quia revera minus valet tunc, quamvis ab omnibus non sciat. Quare emptores per errorem emunt. Si enim sciunt brevi diminuendum esse mercedem pretium, non emerunt. Ergo si emunt, involuntarie, & per errorem decepti solvunt pretium quod nunc curiam. Siquidem iustum rerum pretium ex præditi peritorum iudicio sumitur, spectatis omnibus circumstantiis præteritis, presentibus, & futuris. Porro quod in præsentia merces tanti vendatur, ex errore future circumstantiæ, non ex prudenti iudicio evenit. Ergo iustum non est reputandum pretium quod nunc obtinet.

XX. Secunda opinio defendit, licitam iustamque esse venditionem pretio currenti in præditi circumstantiis, si absque fraude, & dolo id contingat. Fraus autem, & dolo interveniens, si mercatores mendaciis allicerent emptores ad emendum, si proxenetas inducerent ad persuadendum emptoribus, pretium brevi augendum esse, ut sic ad emendum concurrerent. His, & similibus dolo lobatis, licitam esse dictam venditionem pretio currenti, hæc opinio docet. Probat id nonnulli ex *cap. xii. Genes.* ubi narratur Pharaonem Iosephi consilio tempore ubertatis in sua horrea frumenta congregasse. At minus opportune auctoritas divine Scripture hic adducitur. Quoniam, non ut pretium augetur, vel ut divitias inde compararet, Pharaon frumenta in horrea sua collegit, sed ut future populi penuria provideret. Ratio autem vera iustus sententiæ est, quod reram pretia, sicuti constituntur communi prudentum iudicio, ita eodem iudicio variantur. Contra, sicuti privatorum iudicium iusti pretii limites non præscribit, ita privatorum notitia hos limites non mutat. Accidentarium omnino est, & penitus extrinsecum, quod hic ait ille mercator præciat futuram mercium copiam, præterque diminutionem. Si ex privatorum notitiis variari pretia deberent, innumeræ fuissent mutationes, & publicum perturbaretur commercium. Iuste igitur mercatores currenti pretio merces vendant, tametsi privatum sciant futuram eam diminutionem. Hanc sententiam perspicue tradit S. Thomas 2. 2. quæst. lxxvii. art. 3. ad 4. Unde venditor qui vendit rem

secundum pretium, quod invenit, non videtur contra iustitiam facere, si quod futurum est, non exponat. Si tamen exponeret, vel de pretio subtraheret, abundantior esset virtus: quamvis ad hoc non videtur teneri ex iustitia debito. Eandem omnino difficultatem difficit hic Angelicus quam supra retulimus ex Cicerone, ut patet ex argumento quod sibi obicit: & solvit, doctrinam Ciceronis ad virtutis perfectionem attingere, secus ad iustitiæ debitum. Rem Christiano dignam ager mercator qui emptorem admoneret futura mercedem copie. At ad id manifestandum iustitiæ vinculo non alstringitur. Angelici doctrina evidentiis confirmatur. Mercator præciens pretium auctum iri, carius vendere nequit. Ergo quamvis præsentia immutentur in, minoris vendere non cogitur. Præterea, quando ambo contrahentes ignari sunt future copie frumentariæ, nullo modo iniustitiam lædunt, si frumentum vendant pretio quo vendi tunc solet. An occurrere circumstantiæ tales potest ob quas saltem caritatis titulo debeat intarum mercator emptorem monere, absolute definiti nequit. Nam si emptor in præditi circumstantiis integrum five pecuniæ summam in mercium emptione insumere paratus esset, ut vel in annum sibi providere, vel ut eisdem alio affortaret, causa aliquid lucrandi ad suæ familie sustentationem; idque sciret venditor, prævidereque gravem eiusmodi emptorem passurum iacturam ex tali emptione, si sleret, non videretur hoc scientiam cum caritatis lege compli posse. Absolute ergo venditores ex debito iustitiæ, ut sapienter Angelicus docet, non alstringuntur manifestare futuram mercium copiam, præterque diminutionem. An vero ex caritate ad id quandoque urgeant, circumstantiæ consulende sunt, & regula evangelica: Alteri fac quod tibi faciendum in simili eventu curpes. Argumenta quibus prior opinio ex debito iustitiæ astrictum mercatorem evincere contendit, ut moneat emptorem, vel ut minuat pretium, ex his quæ dixi, diluta remanent.

XXI. Quæst. X. *An is qui lege Principis innotam interdictionem, aut innotam eius assimationem præciat, quæst ante promulgationem suam distrahere pecuniam?* Resp. Ex his quæ diximus in antecedenti questione, patet hoc licitam esse, dammodo fraus abigit, & dolo, quo illicitantur ceteri mercatores, alive ad pecunias accipiendas. Hanc eandem questionem proponit, & defendit P. Comitulus *res. mor. Lib. III. quæst. xxxii.* ubi

ubi hunc narrat casum. Venetias scripsit ad amicum ex orientis terris mercator ut emerit ingentem aromatum copiam ob caritatem imminetent. Venetus mercator lectas litteras contempserit, proiecquerit. Alter epistola frustula collegit, copulavit, & negotio intellecto, undique aromata conquisivit, & corrasit. Id cum facere mercator vellet, ad quem data epistola erant,prehendit ut preventum in emptione ab alio esse. Sero suae inconsiderantiae se poenituit, vidique alterum ex inope divitem factum. Communis opinio nihil hinc contra sua egisse decernit.

XXII. Alterum proponit casum ibidem. Quidam litteras ad familiaris factas dat, eum monens ut lanæ, serici, aliarumque mercium, quantum potest, comparet, earundem impendentem caritatem falso praenuntians. Is fessiois conficius, expectata opportunitate, litteras hasce sibi excidere sinit, eo sine ut ad eo legatur cui nocere funder. Legit ille, & fidem litteris adhibens, ingentem mercium vim coemit, iacturamque sibi non levem. Duas opiniones super hac questione refert Comitulus; & neutram praeligit. Primam, quae ab omni restitutione liberat litterarum simulatores. Alteram, quae eisdem restitutioni obnoxios assentit. Primam falsam, secundam veram ego reputo. Quid? Si infidias, si laqueos ex composito fratri tuo parares in quos incidere; immuno ne a damnorum compensatione esses? Cur ego liber a restitutione eris, dum ex animi sententia litteras simulat & fingis, ut frater tuus iacturam gravem patiar? Nimis credulus ille fuit, minusque cautus, dum fidem epistolis adhibuit. Verum habet. Quid inde? Semper verum est te fuisse damni causam, & quidem iniquam, quia ex animo nocendi praconceptam. Ergo restitutioni obnoxios es. Qui enim causa damni est, ad eiusdem reparationem asstringitur.

XXIII. Quaest. XI. *Qua notanda, & servanda sint circa pretium publica potestate definitum?* Resp. Penes omnes convenit supremas potestates sua habere determinandi rerum pretia: quia ad has pertinet propicere & invigilare communi bono. Si enim mercatorum arbitrio relinqueretur facultas pretia definiendi; cum avaritia, & cupiditate nimium abripiantur, frequentes iniusta pretia essent. Porro Principes, & superiores omnes qui hoc officio funguntur, serio considerare debent omnes circumstantias, nempe mercium copiam, vel penuriam; emptorum paucitatem, vel multitudinem; expen-

sas, pericula, indulgiam mercatorum, & istorum moderatum lacrum, ceteraque circumstantias, non possibiles, sed quae occurrere probabiliter solent. His omnibus materie expensis, possunt etiam rebus variationi subiectis determinatum assignere pretium ob commune bonum. Similiter certum est, iustum reputandum esse pretium illud quod superiores determinant, nisi eviderent oppositum constet. Neque privatorum est iudicia in superiorum leges ferre. Quare licet merx absolute plus valeat, spectata eiusdem naturae, & intimo valore, tamen superiores potestates ob varias circumstantias possunt pretium diminuire, vel augere, prout bono communi expediens visum fuerit. Pretium a Republica taxatum, indivisibile est; ut dixi. Nullo modo licet illud vel diminuire, vel augere: & qui taxationem hanc publicam praetergrediuntur, iustitiam laedunt, & ad restitutionem tenentur; nisi aliqua peculiares circumstantiae addant.

XXIV. Disputant Theologi, expediens ne sit rerum pretia a Principe taxari. Negat Navarrus in *Manual. cap. xxiii. num. 88.* quem plures sequuntur. Istorum rationes eo spectant, ut evitentur plura peccata quae ob talium legum transgressiones perpetrari solent. Has quippe leges multae fraudes consequuntur. Quae ratio nullius momenti est. Numquid infinita peccata non perpetratur contra Dei legem? Supprimere ne Deus debuit legem suam, ut futura hominum peccata impediret? Conditae leges qualibet, hominum multae fraudes excogitat. Rationes Navarrus, & aliorum evincunt legem omnem de medio tollendam esse.

XXV. Dicendum ergo, quomodo maxime expediens esse Principes leges ferre, rerum pretia taxantes. Hoc evincitur luculentissima ratione S. Thomae 1. 2. quaest. xiv. art. 1. ad 2. *Dicendum, quod, sicut Philosophus dicit. l. Rhet. melius est omnia ordinari lege quam dimittere iudicium arbitrio. Et hoc propter tria. Primo quidem quia facilius est invenire paucos sapientes, qui sufficient ad rectas leges ponendas, quam multos, qui requirerentur ad recte iudicandum de singulis. Secundo quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant quid lege ferendum sit; sed iudicia de singularibus factis sunt ex casibus subito exortis: facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectum sit, quam solum ex aliquo uno facto. Tertio quia legislatores iudicant in universali, & de futuris; sed homines iudicis praesentes iudicant de presentibus, ad quae afficiuntur amo-*

181

re, vel odio, aut aliqua cupiditate: & sic eorum depravatur iudicium. Quia ergo iustitia animata iudicis non invenitur in multis, & quia flexibilis est; ideo necessarium fuit, in quibusvisque est possibile, legem determinare quid iudicandum sit; & paucissima arbitrio hominum committere. Haec doctrina alius memoria commendanda est, & superioribus omnibus summopere meditanda. Hi siquidem facti sunt in dispensandis, seu relaxandis legibus. Porro difficilius est aequum relaxanda quam condenda legis iudicium formare. Si igitur ad legem condendam exquisita & consummata prudentia opus est; haec colligere quam prudentes, quam circumspecti sint oportet superiores omnes: qui sunt legum custodes, quam serio expendere omnia debeant, antequam legem aliquam relaxent. Sed haec obiter, & per transcurram.

XXVI. Ex S. Thomae allata doctrina clare patet contentanum esse, Principes taxare mercium quae humanae vitae necessariae sunt, pretia. Siquidem sapientes, & prudentes pauci sunt: facillimeque est multitudinem, & eos quorum interest pretium augeri, errare, quam supremas potestates. Superiores pretia definire solent in commodum aut venditoris, aut emptoris aut utriusque. In commodum emptoris assignantur limites, quos praetergredi venditores nullo modo possunt; solumque minuire infra illos pretium valent: quia hoc pretium est individuum solum penes excessum. In gratiam venditoris pretium assignatur, infra quod non licet mercem vendere. In favorem utriusque pretium taxatur, quando nec plaris vendere, nec minoris emere permittitur; ut in taxatione carnis, piscis, & vini contingit. Quando tamen taxatum pretium est penes magnitudinem in favorem emptorum, hi minoris emere valent; sicuti quando taxatio respicit parvitatem in gratiam venditorum, isti plaris vendere queunt. Quando tamen merx inferioris conditionis est, non potest venditor taxato pretio illam vendere; sed ita minuire pretium debet, ut aequet mercis defectum. Taxatio quippe facta est postea quod merces habeant communem valorem, & non sint deterioris conditionis. Insuper qui rerum pretia definiendis praesident, debent taxatum pretium pro mercium penuria, vel abundantia mutare. Et quando negligentes in hoc essent, & taxatio communi iudicio eviderent iniusta esset, non obligaret in conscientia. Non est tamen cuiusque privati iudicium ferre circa legis iustitiam, vel iniustitiam. Tunc vero taxatio facta esse intelligitur;

Conc. Theol. Tom. VII.

cum a maiore Republicae parte non servatur, sciente Principe; & non obstante, cum facile obitare queat. Praeterea observandum, sepe superiores, & ipsas supremas potestates multa diffimulare, & tolerare, ut peiora evitent. Quare quod plurimi transgrediuntur legem, non arguit tacitum Principis consensum. Aliae, & quidem graves, circumstantiae occurrere debent, ut colligatur Principis consensum. His legibus omnes sunt subiecti, tam Laici, quam Ecclesiastici.

XXVII. Quaest. XII. *Qui vendit triticum pretio taxato, potest ne emptori onus imponere ut vendat eisdem hordeum, vinum, & aliamque materiam eodem pretio?* Resp. Si merx emptoris eiusdem valoris, sive naturalis, sive legalis est, ac merx venditoris, proculdubio illa est commutatio. Si vere maioris pretii sit merx emptoris; tum iniuste cogeretur emptor ad suam mercem commutandam cum merce venditoris, nisi pretii excessus compensaretur.

XXVIII. Quaest. XIII. *Venditor cogere ne emptorem possit taxatum pretium solvat tali pecunia avara, argentea &c.* Resp. Adfirmant aliqui, quorum opinionem non improbabilem reputant Salmanticenses. Sed nos saltem illam iudicamus. Quoniam haec obligatio onus est pretio actuale, supra iustum pretium impositum. Pretium autem taxatum a lege augeri, & gravi nequit.

XXIX. Quaest. XIV. *Licetum ne est vendere ultra pretium taxatum merces exquisitioris bonitatis?* Resp. Probabilior mihi opinio est, quod sicut merces viliores, & deterioris conditionis, licet eiusdem speciei cum mercibus quarum pretium taxatum est, vendi debent non pretio taxato, sed inferiori; ita merces quae notabiliter excedunt communem in bonitate, vendi ultra pretium taxatum possunt. Duo tamen sunt necessaria. Primum, ut excessus perfectionis sit evidens, & notabilis. Secundum, ut augmentum pretii respondeat maiori perfectioni mercium. Taxatio pretii respicit merces quae communiter sunt eiusdem plus minusve conditionis: nec enim quilibet excessus fat est ad pretium augendum. Igitur vinum verus duorum, & trium annorum, sanum, & generosum vendi poterit supra taxationem constitutam pro vino communi unius anni. Idem dicendum de tritico selecto, puro, & notabiliter communi tritico in perfectione superante. Sicut enim taxatio pretii non comprehendit merces viliores, & deterioris; sic non includit optimas, & exquisitioris bonitatis.

XXX. Quaest. XV. *An exquisitioribus mer-*

M 3

ci-

cibus immisceri viliores possunt, & taxato pretio vendi? Resp. Certum penes omnes est, si vilis triticum optimo immisceatur, & ex tali mixtione coalescat triticum inferius illud quod communiter venditur, te non posse taxato pretio illud vendere, sed mendum esse pretium, & sequendum cum mercis conditione. Disputant igitur iuridici, num quando merces perfectiores pro talem mixtionem reducatur ad aequalitatem cum mercibus que communiter venduntur taxato pretio, possint hoc eodem pretio vendi praeferre merces mixtae. Adfirmans sententia communis fere est: quia postea quod frumentum optimum, immixtum viliori, sit seque bonum ac frumentum quod communiter venditur, non est cur eodem pretio vendi nequeat. Verum hypothesis difficultis, & rara est, puta quod vinum generosum aqua mixtum non evadat deterioris conditionis, ac vinum purum vulgare. Accedit quod mixtio haec fraudibus, & dolis viam aperit, & periculi plena est. Quare improbandas esse censet omnes eiusmodi mixturas, tamquam sinceritatis, bonae fidei, & civili commercio perniciosas. Si emptor sciret frumentum quantumvis optimum, immixtum data opera esse tritico viliori, & vinum, licet generosum, aqua dilutum esse, nequaquam ista emerit. Si optimum est triticum, si generosum est vinum, pretium potius augetur. Ad difficultem est venditio, inquit. Et ideo mercis pretium decrevit, respondo ego. Ut facilius ergo merces optimas vendas, eas immisceas vilioribus, ut inde lucrum captes. Media siquidem mixtione repleta ultra commune pretium mercem optimam vendis: quoniam merces viliores inferiori pretio distraxere debuisses, sed optimis immixtas communi pretio vendis. Quamobrem eiusmodi mixtiones omnes, tamquam fraudulentae & ab ipsa divina Scriptura improbatæ, vitandæ sunt.

CAPUT VII.

De pretii augmento ob dilatam, vel anticipatam solutionem rei venditæ.

I. *Quæst. I. Mercator potest ne mercem carius vendere ob dilatam pretii solutionem?* Resp. Omnes latentem, usuram latratam committere mercatorum qui credito merces vendens ob dilatam pretii solutionem pretium auget: ideoque plures sacri canones desinere. Urbanus III. cap. vi. & x. de usuris hæc statuit. *Consulit nos tua devotio, an . . . quasi usurarius de-*

beat indicari . . . negotiator qui merces suas longe maiori pretio distrabit, si ad faciendam solutionem prolixiori temporis dilatio proregerit, quam si ei in continentem pretium solveretur. Item quid in his casibus tenendum sit, ex Evangelio Lucae manifeste significatur, in quo dicitur: Mutam date, nihil inde sperantes. En quomodo ex textu evangelico casus resolvit Pontifex summus. Si lineæ casu servanda legis, difficultates discernerentur, communiter omnes et divinis Scripturis decidi possent. Rationem alligat S. Thomas 2. 2. quæst. lxxvii. artic. 2. ad 7. dicendum, quod si aliquis carius velit vendere res suas quam sit iustum pretium, ut de pecunia solvenda emptorem expectet, manifeste usura committitur: quia huiusmodi expectatio pretii solvendi habet rationem mutui. Una quicquid ultra iustum pretium pro huiusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui: quod pertinet ad rationem usurae. Similiter etiam si quis emptor velit rem emere vilius quam sit iustum pretium, eo quod pecuniam ante solvit quam possit ei res tradi, est peccatum usurae: quia etiam ista anticipatio solutionis pecunie habet mutui rationem, cuius quoddam pretium est quod diminuitur de iusto pretio rei emptæ. Si vero aliquis de iusto pretio velit diminueres, ut pecuniam prius habeat, non peccat peccato usurae.

II. Plures titulos allegant communiter Auctores, vi quorum iuste augetur pretium mercatorum possunt. Celebres sunt duo tituli, lucri cessantis, & damni emergentis: de quibus infra iustus sermo erit. Horum vi augeri pretium iuste posse, communis sententia docet, servatis tamen pluribus conditionibus loco explicandis, ob quarum defectum passim tituli isti hæciti sunt. Alter titulus augendi pretii sunt expensæ quas probabiliter facturus mercator est in recuperando pretio solvendo ob merces credito venditas; ut si emptor sit morosus debitor, si sit absens, aut dubie fidei. Reputant expensas istas tamquam damnatum emergens, quod iuxta omnes compendandum iure est. Admonendum tamen de hoc emptorem docent, cum quo ineundus veluti novus contractus est, in quo illius assensus est necessarius. Adventum etiam, quod periculum expensarum, molestiæ, laboris solvendi in recuperando pretio debeat esse prudenter, & probabiliter impendens, non confictum ad avaritiam venditoris.

III. Disputant præfati Auctores, an periculum amittendæ pecunie in totum, vel in partem, titulus sit legitimus pretii augendi.

De

De hoc periculo infra disseri. *seq. cap. x.* nobis sermo erit: ideo nunc ab hac questione distrahendi superledemus. Disputant quoque, num licet minoris emere anticipata solutione, si merces traditionis tempore minoris valitura credantur, & contra, carius vendere ob expectatam solutionem, si credatur quod tempore tradendi pretii merces plures valeantur. In utroque casu adfirmant communiter Auctores, damnatio mercatorum servatorum merces fuissent usque ad tempus quo plures valitura erant. Negant vero, hæc conditione deficientem. Hinc infamant, licitum esse emere frumentum mense Ianuario anticipata solutione, tradendum mense Augusto, pretio, non corrente mense Augusto, sed quod recurret mense Augusto. Similiter licitum esse carius vendere vinum, tradendum mense Decembris, ob dilatam solutionem ad mensem Maii, inquit Salmanticenses tractat. xiv. cap. ii. punct. 11. §. 1. n. 146. Ille emineat ex cap. Naviganti, ubi hæc habentur. *Qui dat decem solidos, ut alio tempore reddantur sibi grant, vini, vel olei mensura reddantur, quæ tunc plus valeant, vinum plus, vel minus solutionis tempore sint valitura, venimus licitum dubitari, non debet ex hoc usurarius reputari.* Ratione huius dubii etiam excusatur qui panem, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, ut amplius quam tunc valeant, in certo tempore recipiat pro eisdem, si tamen ea tempore contractus non fuerit venditurus. Ratio etiam videtur manifesta. Nam merces tum utilitatem, & commodum pariunt, cum traduntur, cum in usum adhibentur, non cum perficitur contractus. Si ergo minoris valebant merces tempore quo traduntur, plures vero valeant nunc dum perficitur contractus; licitum erit eadem emere non pretio maiori quo valent nunc cum celebratur contractus, sed illo minori quo valebant tempore traditionis. Hinc iniustitia manifesta fore viliori pretio emere ob anticipatam solutionem merces quæ plures tempore traditionis valebunt. Et hæc eadem ratio licet carius vendere mercem servandam usque ad tempus quo plures erit valitura: quia tunc mercatori, seu venditori utilis, & commoda erit mercis venditio. Detrahendum tamen est de pretio, quantum valent expensæ, molestiæ, labores solvendi in conservandæ mercium usque ad illud tempus. Habenda quoque ratio est periculi merces corrumpendæ, vel amittendæ, conservandis tempore. Debet quoque emptorem admonere mercator, se usque ad tale tempus servaturum merces, damnumque se pa-

ti, si vendat merces suas pretio nunc currenti. Si vero mercator servaturus merces non erat in illud tempus, currenti pretio vendere eas debet: quia in hoc casu nullum ipse patitur damnum, vi cuius augere pretium possit.

IV. *Quæst. II. Licitum ne contractus est quo in Hispania, & alibi certe merces communiter credito venduntur maiori pretio quam vendi pecunia numerata soleant?* Resp. Celebris est contractus iste in Hispania. Illic naves onitæ mercibus Indiciis adventant. Merces illic pecunia numerata vendi nequeunt omnes: & que venduntur pecunia numerata, minori pretio venduntur. Calum dispiciunt sub calamo omnes fere Theologi Hispani, quos inter Navarrus, Guittierrez, Medina, Corduba, Molina, Cardinalis de Lugo, Salmanticenses, & alii. Hæorum placita ego referam. Cardinalis de Lugo Tom. II. disp. xxvi. sec. 7. §. 2. aliquo præmittit penes omnes certa, suntque eiusmodi. Pollunt mercatores intra limites iusti pretii vendere pretio infimo pecunia numerata, & credito pretio longo: quia utrumque pretium iustum est. Similiter licitum est carius vendere merces mutatas, quam dum venduntur in magna copia, non debet ex hoc usurarius reputari. Ratione huius dubii etiam excusatur qui panem, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, ut amplius quam tunc valeant, in certo tempore recipiat pro eisdem, si tamen ea tempore contractus non fuerit venditurus. Ratio etiam videtur manifesta. Nam merces tum utilitatem, & commodum pariunt, cum traduntur, cum in usum adhibentur, non cum perficitur contractus. Si ergo minoris valebant merces tempore quo traduntur, plures vero valeant nunc dum perficitur contractus; licitum erit eadem emere non pretio maiori quo valent nunc cum celebratur contractus, sed illo minori quo valebant tempore traditionis. Hinc iniustitia manifesta fore viliori pretio emere ob anticipatam solutionem merces quæ plures tempore traditionis valebunt. Et hæc eadem ratio licet carius vendere mercem servandam usque ad tempus quo plures erit valitura: quia tunc mercatori, seu venditori utilis, & commoda erit mercis venditio. Detrahendum tamen est de pretio, quantum valent expensæ, molestiæ, labores solvendi in conservandæ mercium usque ad illud tempus. Habenda quoque ratio est periculi merces corrumpendæ, vel amittendæ, conservandis tempore. Debet quoque emptorem admonere mercator, se usque ad tale tempus servaturum merces, damnumque se pa-

V. Quæstio itaque est, utrum, sublati omnibus titulis extinctis, vendi possint ad creditum præfate merces maiori pretio quam vendentur pecunia numerata? Negant Navarrus in *Man. cap. xxxii. num. 82.* Guittierrez *Can. Qy. cap. xxxv. Valencia 2. 2. disp. 10. quæst. xx. punct. 2. §. 8.* Garcia *Lib. I. de contr. cap. xxiv.* Medina *Code de veit. quæ. xxxviii. conf. 1.* Corduba *quæst. lxxv.* Bartholomæus a S. Paulo *disp. vi. quæst. xlv.* Roaloli III. *Pro. præcept. 7. Lib. III. cap. 111.* Pro hæc opinio Lugo citat quoque Caietanum, Sotum, & Mercadum. Quotiam, inquit, pretii incrementum exi-

M 4 gatur

gitor ob solam dilatatam solutionem; quod iuxta omnes iura est. Non enim est unde honorari hoc lucrum possit, nec ipsa ratione loci cessantis. Quoniam nisi credito merces vendatur, numerata pecunia vendi nequeat. Porro tum lucrum cessans habet locum, quando occasione oblata vendendi pecunia numerata, eam venditor relinquit, & vendit credito emptori non habenti pecuniam in promptu. Vix unquam hoc contingit in mercatoribus; & ideo vix unquam in eorum venditione ad creditum locum habet titulus loci cessantis. Verum de hoc alibi. Quod ad presentem quaestionem atinet, omnes utriusque opinionis Auctores controversiam disputant, precisim omnibus titulis, ut dictum est. Urgent secundo Auctores citati. Si venditio ad creditum maiori pretio est iusta, emptio minori pretio pecunia numerata erit iniusta. Quandoquidem siue pecunia numeretur in presentem, siue in futurum, non efficit ut merces creantur, vel decreantur. Sed emptio, pecunia numerata, est iusta, ut concedunt adversarii. Ergo venditio ad creditum maiori pretio est iniusta.

VI. Alteram contrariam opinionem proponent Bannez 2. 2. *quest. lxxvii. art. 1. Serra ibi, Rebellus II. Part. quest. xiv. Vilalobosus tract. xxi. diff. 7. Sotus Lib. VI. de iust. quest. vi. art. 1. ad 4. Trullenchus Lib. VII. cap. xx. dub. 8. Lugo disp. xxvi. sec. 9. §. 2. Sanchez Lib. II. consil. cap. vii. dub. 15. Lessius Lib. II. cap. xxi. dub. vi. Palau tract. xxxii. disp. v. punct. 12. Diana I. Part. tract. viii. res. 11. §. 2. num. 151. tract. xiv. cap. 11. punct. 11. §. 2. num. 151. inquit, non definiuntur vel ex numerata, vel ex credita pecunia, sed ex communi hominum estimatione. Porro sicut communis hominum estimatio efficit ut tale sit pretium pecunia numerata, ita effecere valet ut minus sit pecunia credita. Sed in venditione prestatorem mercium, seu in casu presentis, introductum est ut carior sit venditio pecunia credita quam pecunia numerata. Ex hoc quippe modo vendendi multiplicatur emptores; & ideo merces pretio crescant. Alioquin si pecunia tantum numerata venderentur, pauci, aut nulli emptores essent; & sic merces vilescerent. Ergo optime concluditur quod iustum sit pretium minus numerata pecunia, & simul quoque iustum sit pretium minus pecunia credita. Tunc igitur committeretur ultra, quando supra pretium quo communitur venduntur eiusmodi merces ad creditum, aliquid exigeretur. Hæc est ratio quam explicat Lugo, Salmanti-*

ceses, & communitur istius opinionis Auctores.

VII. Verum ex ratione ista colligi videtur, in omni venditione ad creditum augeri pretium posse. Communitur enim mercatoribus pluris faciunt pecuniam numeratam quam pecuniam creditam. Si que ratio, ut ego quidem sentio, hunc contractum honestat, ea est, quam prodit Sotus Lib. VI. *quest. iv. art. 1. ad 4.* quamque arefuit ex natura & conditione emptiois facta a mercatoribus talium mercium. Merces istæ de quibus sermo est, ex India alportantur plurimis maritimis periculis; & nequeunt nisi in magna copia traduci, quanta iam est ingentes naves onerandas. Unde evenit quod infestiores ipsi qui naves onerant, coguntur credito multas merces coemere. Porro sicuti necessitas onerandi naves tanta mercium copia cogit ut plures credito emantur maiori pretio; ita necessitas exonerandi illico naves cogit ut magna saltem mercium quantitas credito vendatur maiori pretio. Peculiares ergo circumstantiæ longinquæ regionis, ubi emuntur merces, & maritimæ navigationis, que cogit ad tantam mercium copiam emendam, quanta iam est ad onerandas naves; unde necessario oritur quod nequeat in Hispania illico pecunia numerata vendi: peculiares, inquam, circumstantiæ istæ efficere posse videntur ut carius vendatur pecunia credita; seu efficitur, ut commune prudentum iudicium definire valeat, iustum esse pretium illud minus quod communitur ab omnibus exigitur pecunia credita. Quare concludit proponenter laudatus Sotus. *Verumtamen per hanc confessionem nullam cogitamus porrigere mercatoribus animum, qui in contractibus merces distribunt. Quoniam tota ratio excusans est necessitas vendendi, & emergit tam amplam mercium copiam, que nequit numerata pecunia vendi, ob idque venditur illis qui pretium iustum solentur collecturi. Circa hanc autem necessitatem debent res estimari pretio presentis.* Que ideo transcripsi, ne plures Casuiste de more ex paritate istius contractus alio contractus præstiti circumstantiis delitutos honestare præsumant.

VIII. Quæst. III. *Licitæ ne emptio est mercium anticipata solutione viliori pretio quam valeant tempore traditionis?* Resp. Absolutè omnes improbat talem emptioem; sed peculiares casus frequens in Hispania disputationi viam aperit. Emuntur ibi lanæ anticipata solutione pretio viliori quam valeant tempore traditionis. Disputant, licita ne emptio ista sit ob peculiares circumstantias eiusdem.

dem. Negant Bannez 2. 2. *quest. lxxvii. art. 4. dub. 1. concl. 1. & 2. Pradus cap. xxvii. quest. lvi. La Cruz in 7. precep. quest. v. dub. 7. Ioannes Medina de rest. quest. xxviii. casu. 6. Navarra cap. xxiii. n. 82. Guittierrez Canonice. Q. col. 39. num. 43. Valentia Tom. III. disp. v. quest. 11. punct. 2. §. 3. Rebellus Part. II. Lib. IX. quest. xii. num. 6. Mercadus Lib. III. de contr. cap. xv. Medina Dominicianus Lib. I. Sum. cap. xiv. §. 2. Evincunt illo principio ab omnibus admissio, nempe quod ultra manifesta sit emerere vilius mercem ob solam anticipatam solutionem. Sed lanæ res ipsa emuntur mensè Decembri, vel Ianuario 20. tradenda mensè Maio quo valent 30. Ergo pretium minuitur ob solam anticipatam solutionem; quod omnino ultra damnant. Cur enim in antecedentem pretium solvitur? Quod pastores, dominique pecorum necessitate pressi indigent pecunia, qua solvant pretium herbarum, alicuique expensis faciant. Anne in antecedentem lanas venderent viliori pretio domini, si pecunias haberent alendi pastores, & satisfaciendi aliis? Nemo hoc dixerit. Ergo evidens quod vilius emuntur ob solam anticipatam solutionem. Næc ullus titulus occurrat quo honestari hoc vilium presumitur: non periculum aliquod peculiares non experire facienda in lanis asequendis; sed emuntur tempore secundam eum statum quo valeant sit solvendum est pretium illud quo valeant tradidissent tempore. Sed hoc pretium minus est. Ergo pretium minuitur ob meram anticipationem solutionis. Porro si ille contractus honestatur, quidni honestari poterunt ceteri omnes contractus in quibus vilius emuntur ob anticipationem, vel carius venditur ob dilationem solutionis? Nullæ quippe circumstantiæ peculiares hunc contractum præ aliis afficiunt.*

IX. Oppositam opinionem defendunt Sotus Lib. VI. *quest. iv. art. 1. ad 4. Serra 2. 2. quest. lxxvii. art. 1. dub. 4. Malders tract. v. cap. 11. concl. 2. Dicalillus Lib. II. tract. 1. disp. 11. dub. 6. Covarruvias Lib. II. varior. cap. 111. Molina disp. cccxvii. Lugo disp. xxvi. sec. 7. §. 3. Trullenchus Lib. VII. cap. xxvi. sec. 7. §. 3. Castropalaus disp. v. cap. v. cap. Tom. I. Consil. Lib. I. cap. viii. dub. 15. Bonacina disp. 111. quest. 11. punct. 4. Lessius Lib. II. cap. xxi. dub. 7. Ledolina Tom. II. tract. viii. cap. 33. Diana I. Part. tract. viii. res. 12. Salmanticenses tract. 14. cap. 11. punct. 11. §. 2. num. 153. Ratio potissima quam Salmanticenses cum aliis opponunt, est, quia,*

iniquum, non est omnino condemnanda præxis tam continua in Hispania. Et durissimum est condemnare multitudinem talium negotiatorum, qui emunt mensè Octobris, vel Novembri 30. auriis ut 8. lanas, que mensè Maio, quo est tradenda, valet 40. ob anticipatam solutionem, qua indigent domini ad solvenda passiva.

X. En, christiane lector, unum ex principis, unde evangelice Moralitatis unum proficitur. Durissimum est condemnare talium negotiatorum multitudinem. Ergo ultra non est dicenda ultra, ne multi pereant. Humana commiseratione metimur divinas leges. Lata & spatioiosa via est que ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Videmus fratres, amicolque nostros per hanc viam ambulantes, illorum perditio nos commovet, terretque. Ut istam humanitatis officia, & subsidia impediamus, viam latam dicimus viam angustiam, anfractus, & abyssus convertimus carnis affectu in vias planas. At nunquid, clamat Augustinus, desideria nostra, commiserationes nostræ efficiunt, ut quod saluum est, verum sit; quod cursum est, rectum sit; quod iustum est, iustum non sit? Quid hic declamatorum perionam induis? Quid tu rabula sophistiaris? Perge porro. Durissimum est eos ultra damnare qui non quinque, non octo, non duodecim, sed plussquam viginti in centum exigunt ob anticipatam solutionem. An non plussquam iudaicum, fenus illud? Quæ ratio tam fera, tam inhumana, ut tantum fenoris honestum habeat? Si enim ob 30. auroes numeratos mensè Novembri exigere 40. valet mensè Maio: aliter 90. mensis adiecto exigere poteris 50. & sic 20. immo 24. in annum ob solam solutionis anticipationem. Et hoc lucrum non est fenore? Profecto fenore duntaxat non est, sed insuper inhumanum, crudele, & plussquam iudaicum. Indigent domini pecorum pecunia anticipata, ut solvant passiva, ut pastores alant, ut expensas sustineant. Et mercatores lucrari ex arte sua debent, & lux artis proventibus familiam sustentare. Bene habet. Sed hi lucrantur, dum aut lanas emptas aliis vendunt, aut pannos consuntur, aut ad alias mittunt nationes. Mirum, quod Hispani, ingenio alioquin acri, & acuto exercitii, nationis lux pauperum languinem exprimit, ut exteras, & etiam infensas nationes, quod lanas suas carminant, digitis torqueant, rextant, tingant, pingant. Iste sunt sodine unde aurum, argentumque

posant extrahere. Hæc est mercatura, unde ingentes vales conquiere divitijs. Namerent anticipata solutione pecunias pecorum dominis, ut valeant lanas colligere, alisque vendere, sed pretio quo traditionis, non patius tempore valent. His studia sua, missis tot disputantibus de lana caprina, conferre debent.

XI. Si meum iudicium ferre licet in recensitas duas opiniones, paucis dicam. prima probabilior & tutior est; secunda falsi mihi est, & penitus iuraria. E. admissa, nullum tenet est quod honestari nequeat. Rationes quas illius patroni obtrudunt, omnes falsæ, & inanæ, ut mea minima præsertim opinio, sunt. Ipsi Salmanticenses fatentur num. 152. *probabilissimum* esse, & securiorem, & omnino *consulendam* oppositam sententiam, quæ sola, & unica nobis vera est. Si enim per ipsos probabilissima est sententia nostra; ergo in huius conspectu improbabilis est opposita. Hæc semper fuit legitima argumentatio ante natum Probabilium. Sed beneficio huius modi opinandi, a simplicitate evangelicæ, & a Sanctorum Patrum doctrina alieni, probabilitatis ludo quilibet opinuncula ab avaritia purgatur. Neque est quod ipsi Salmanticenses non audent vel proponere ut veram, vel veritati propinquiorer, hanc suam opinionem. Sed inquam: *Probator huius sententiæ probabilis*. En modum opinandi. Sed quænam sunt istius probabilitatis fundamenta? Quod domini ferre nequeant sumptus pascenti tam numerosos arces, nisi præsentis subsidium accipiant. Ideo conseruenda inuestum est ut pretium lanarum iustum sit quod currit tempore solutionis anticipatæ, ut negotiatio tam utilis Republicæ conservetur. Ecce unicum probabilitatis fundamentum. Lepida profecto & festiva ratio. Neque rustici possunt arare, occære, pânuare agros; nec artifices texere lanas, neque femine illas nere, nisi anticipatum subsidium accipiant. Ergo licitum erit ob anticipatam solutionem 20. in centum accipere, ut negotiatio tam utilis Republicæ conservetur? Perniciosissima Republicæ est feneratoria negotiatio isthæc. Idcirco omnino tollenda; & opinio quæ illam bonafare contendit, penitus explodenda; ut ego quidem arbitror.

XII. Quæst. IV. *Licitum ne est emere credita, seu chirographa minori pretio quam valeant, ob anticipatam solutionem?* Resp. Etiam casus iste frequentissimus est obique terrarum; circa quem de more sunt duæ probabilitates, quas antequam refero, quæ pe-

nes omnes certa sunt, paucis perstringo. Habet ille chirographum exigendi a Principe, sive alio debitore 100. post annum. Tu hoc emis pretio 95. vel 90. numerata pecunia. Adfirmant omnes, quod si debitum sit ambiguum, & difficultis solutionis; si molestia, & tampræ impendendi ius in eisdem exactiõne, si interveniat lucrum cessans, aut damnum emergens, tu potes viliori pretio ratione periculatorum, molestiarum, & sumptuum hoc creditum emere. Quid, si emptori facilis sit exactio exactio, exclusis expensis, omnique molestia? Etiam tum communitur adfirmant, emptorem minori pretio licitam esse. Quoniam creditum pretium, sicut & curioque mercis, sumitur non ex utilitate perationis private, sed ex valore intrinseco, & communi existimatione. Utilitas quippe, & commodum emptoris non cadit lub dominio venditoris, ut cum S. Thoma 2. 2. *quest. 77. art. 1.* omnes docent. Videadum itaque quid creditum venale positum esse. Quoniam creditum venale positum esse, difficultatibus, in communi existimatione minoris valet. Ergo hoc pretio communi existimatione taxato emi creditum iure valet; & fortuna emptoris vertendum quod abique incommodo illud exigere valet. Sicuti minori pretio emere equum ferocem, & indomitum quem alii communitur emere credunt; tu emere potes, quamvis aut pecuniari polleas illum facillime coercendi, & moderandi. Hoc tamen negant Salas, Maldærus, Mollæus, & alii, ut advertit Lugo: quia debitum minus non valet, nisi ob damnum emergens. Si ergo respectu sui datum non cesset, manere non videtur tutius cur dimitti pretium possit. At ex doctrina superius alata respondent alii, diminutionem pretii non fieri propter damnum emergens huic aut illi emptori: sed propter difficultates, & molestias, & sumptus quotalis crediti exactio secum adfert. Per accidens autem est quod eiusmodi incommoda cessent respectu huius auctissimi creditoris; sicut patet in exemplo adducto equi ferocis & indomiti.

XIII. Convenit similiter penes omnes quod debitum ipse nequeat emere suum debitum minori pretio, quando solutionis difficultas ab eodem proficitur, qui cum facile & sponte solvere debet, renuit sine molestia, & sumptibus creditoris; quamvis alii emere minoris valeant: quia isti non sunt difficultis solutionis causa, neque difficultates solutionis removere tenentur, sicuti attingitur debi-

debitor. Quare si iste solvat 90. partem debiti solvit, non totum, ut debet. Si tamen debitum non esset certum, & liquidum, sed dubium, & sub lite; tunc & debitor ipse transigere cum creditore posset, & conventionem inire, & illo pretio emere quo valeat creditum in tali litæ constitutum prudentum iudicio reputatur.

XIV. Certum quoque est thesaurarios, & ministros Principis inlicitum committere, & restitutionis obnoxios esse, quando Principis creditoribus solvere debita reculant, ipsique minori emunt, & integra ipsi a Principe accipiunt. Quæ liquidum ratione nequit Princeps minoris sua debita emere, eadem nequeunt eisdem ministri. Inlicitum quoque, & quidem nequissimum, rei sunt eiusmodi ministri, dum difficiles sese exhibentes in debitorem solutione, iugerunt amicis, ut minoris emant præfata debita, quibus in totum statim solvent, divitio talis emptionis lucro inter semetipsos: quam vāram veritatemque inlicitum ipse communis sensus excoratur.

XV. Disputant itaque, num licitum sit emere minori pretio debitum liquidum, certum, & facilis solutionis ob anticipationem solutionis. Adfirmant Caletanus, Rollela, Diana, Sanchez, & alii. Probant vero, quia minus est habere adionem ad rem aliquam quam rem ipsam. Sed qui emit eiusmodi chirographa, seu debita, non emit ipsam rem, seu pecuniam, sed adionem ad illam habendam. Ergo minori pretio emi valet. Præterea debita ista sunt mercis venales, quemadmodum alia, quæ habent suum pretium. Sed in communi hominum æstimatione pretium talium debitorum de præsentem solum minus est quam sit summa solvenda in futuro. Ergo licitum est eadem emere minori pretio. Accedit quod si vitiosa esset eiusmodi emptio, esset ratione ultra. Sed nulla hic ultra esse potest, cum nullum sit mutuum. Ergo immunitis ab omni culpa est talis emptio.

XVI. Contraria sententia communis est vel penes ipsos Probabilibus, qui damnant tam inultam eiusmodi emptioem: tum quia inultum est pretium, dum pro centum solvuntur 95. tum quia intervenit mutuum virtuale. Quod inultum liquidum & certum 100. aureorum non potest acquiri nisi 100. aureis. Distinctio inter ius ad centum hos aureos & aureos ipsos simpliciter, & fraudulenta in præsentem materia, ad ultimum succedam incepta. Quod ut evincam, ponamus debitum 100. aureorum liquidum, certum facillique solutionis, ho-

die, dum illud emis, esse exigendum abique difficultate. Numquid tunc pretium 90. esset æquale, & iustum? Nemo id dixerit. Ergo evidens est quod pretii inequalitas, seu diminutio est propter temporis expectationem. Ergo plurius laci pecuniam præsentem quam pecuniam futuram. Hoc autem erroneum est, & ab Ecclesiæ preceptum. Inlicitis, Communitur homines minori æstimate hanc debitorem mercem solvendam post annum quam pecuniam præsentem. Verum habet, homines avaritia præventos, & pravis vulgi opinionibus occupatos hoc iudicare; seculos homines præiudiciorum expertes, & naturali, divinoque iure imbutos. Quandoquidem si 100. reddenda post annum, non tantum valent, quoad 100. hodie numerata; quidem cogi poterit mutuarius ut pro 100. accipere hodie reddat 105. post annum? Aut ergo fatendum, pecuniam præsentem pluris valere quam valeat pecunia futura, atque adeo quod ultra sit licita: aut concedendum, debita liquida, certa, facillique solutionis, tantum valere hodie, quanti valent post tres menses, & post annum. Ex quibus constat hunc contractum esse inultum, tum ob pretii inequalitatem, tum ob mutuum virtuale, quod virtualiter in eodem includitur, testum simpliciter distinctioem inter ius ad debitum exigendum & pecuniam ipsam. Siquidem & mutuator media hac distinctioem dicere potest mutuarius: Ego a te ius ad 100. post annum solvenda pro quo tibi nunc numero. Nec est quod reponas, mutuarium non posse vendere ius ad 100. post annum solvenda, quin se obliget ad pecuniam ipsam dandam: contra vero venditorem in nostro caso vendere solum ius, minime vero se obligare ad dandas pecunias ipsas. Hæc quoque distinctioem merum effugium est. Siquidem & mutuum tegi simili loco posset. Diceret & mutuarius ius mutuatori: Vendo tibi ius ad 100. post annum reddenda pro 90. quæ nunc accipio. Pecunias autem non ego propria manu numerabo, sed aliena; seu alius, nempe meus debitor, tibi illas tradet. Quis non videt, has esse meras legum circuitones? Hanc sententiam defendunt S. Antonianus *Part. II. tit. 1. cap. viii. §. 12.* Sylvester *verb. Ultra 2. quest. 14.* Salas de *emp. dub. 39.* Bannez 2. 2. *quest. 77. artic. 4. dub. 5.* Sotus *Lib. VI. quest. IV. artic. 3. ad 3.* Tapia *Lib. 7. quest. 16. artic. 13.* Maldærus *tract. v. artic. 2. dub. 5. concl. 2.* Lessus *Lib. II. cap. 21. dub. 5. non. 67.* de Lugo *disp. 26. sect. 7. §. 1.* Catropalaus *disp. v. punct. 13.* Bartholomæus a S. Paulo *disp. vi. quæst.*

quæst. 39. Villalobosius tract. 21. dist. 8. n. 3. Salmanticensis tract. 14. cap. 11. quæst. 11. num. 160. Claudius La-Croix Lib. 111. part. 11. num. 984. Henricus a S. Ignatio Tom. 11. Lib. 11. cap. 64. Carolus Billiart Tom. 11. dist. 111. art. 4. §. 3. Continuator Turnely Part. 11. de contract. cap. 1. sect. 3. concl. 2. Gabriel Antoine de contract. cap. v. quæst. 13. Dominicus Viva quæst. 11. art. 3. num. 8.

XVII. Plures alios iuniores laudare possem; sed fat est unus pro omnibus S. Thomas, qui conceptis verbis nostram, & communem docet sententiam opusculi. lxxvii. Ille qui ad certum tempus debet, si ante terminum solvat, ut eis de debito aliqua dimittatur, usuram committere videtur, quia manifeste tempus solvitur vendit. Unde ad restitutionem tenetur. Nec excusatur per hoc quod solvendo ante terminum gravatur; vel quod ad hoc ab alio inducitur: quia eadem ratio potest usureri exculari omnes. S. Antoninus genuinum hoc S. Thomæ opusculum reputavit, atque descripsit doctrinam sic exponit 11. Part. tit. 1. cap. 8. §. 13. Sed B. Thomas in opuscul. 97. dicit simpliciter hoc esse usuram. . . . Aut delicto ex reali anticipatione solvitur damnatio non incurritur, sed solum quia prevenit tempus, vult sibi illa remitti; tunc est usura: & ratio est, quia vendit tempus, & mutuum est ibi implicitum cum lucro intento. Et in hoc casu loquitur B. Thomas.

XVIII. Cardinalis de Lugo loc. cit. num. 96. contendit, quæstionem hanc speculativam esse, non practicam, eo quod vix in praxi eiusmodi debita sint libera ab omni periculo, & molestia exactionis, aut lucri cessantis, vel damni emergentis. Idem docent P. Roncaglia tract. 14. cap. 4. reg. 3. ubi ait, rarissime accidere quod nequeat minoris emi debita. Verum illi, & alii plures Probabilista id asserunt, quia fere pro libro lucrum cessans sibi effugant. Hunc vero titulum rarissime occurrere, nos infra probabimus. Quare contra ego assero, rarissime accidere, ut licite hæc debita absque iniustitia emanent. Quando emuntur Principis debita, quoniam titulus verus hic occurrit? Ponamus emptorem non esse negotiatorem qui allegare valeat lucrum cessans, & damnus emergens. Quem titulum hic allegabit? Periculum, inquit, quod Princeps ob aliquem eventum non fuerit solvendo. Potest enim bellum aliquod oriri ita ut ob ingentes impensas exhauriantur æraria publica. Si revera prudenter emptores hoc periculum probabilitate futurum iudicarent; nullo modo hæc debita anticipata solutione minoris eme-

rent. Sed emant, quia periculum remotum, & fere vanum reputant. Ut vero scire, & honestare iterum valeant, hoc periculum exaggerant Theologis quos consulunt, ut favens consilium extorqueant. Quare cauti fidei Theologi, & Confessarii oportet in admittendis eiusmodi titulis, qui simulari facilitate possunt, peritæ vero res ipsa occurrunt. XIX. Argumenta opposita opinionis nulli sunt. Opposere rectum solet ex l. Minus si de reg. iur. quo probare contendunt, plaris valere rem quam ius ad ipsam. Id utique verum est, quando rei confectio lucrum adfert aliquod periculum, vel molestiam pretio altimabilem; secus autem accidit in casu nostro. Aliam distinctionem, qua dicunt, non emi pecuniam, sed ius ad ipsam, vanam esse, inter disputandum palam feci.

CAPUT VIII.

De obligatione & venditoris patefaciendi defectus mercium, & emptoris manifestandi eorumdem bonitatem.

SANCTUS THOMAS perspicue distinguit defectus mercis vendendæ 2.2. quæst. 77. art. 2. his verbis. Circa rem que venditur, triplex defectus considerari potest. Unus quidem secundum speciem rei: & hunc quidem defectum si venditor cognoscit in re quam vendit, fraudem committit in venditione: unde venditio illicita redditur. Et hoc est quod dicitur contra quosdam Isai. 1. Argentum tuum verum est in scortum, vinum tuum mixtum est aqua. Quod enim puritatem est, patitur defectum quantum ad speciem.

Alius autem defectus est secundum quantitatem, que per mensuram cognoscitur: & ideo si quis scienter utatur deficienti mensura in vendendo, fraudem committit: & est illicita venditio. Unde dicitur Denton. xxv. Non habebis in sacculo diversa pondera, maius, & minus: nec erit in domo tua modius maior, & minor: & postea subditur: Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & averterit omnem iniustitiam.

Tertius defectus est ex parte qualitatis; puta si aliquod animal infirmum vendat quasi sanum: quod si quis scienter fecerit, fraudem committit in venditione: unde est illicita venditio. Et in omnibus talibus non solum aliquid peccat iniustam venditionem faciendos, sed etiam ad restitutionem tenetur.

Si vero, eo ignorante, aliquis predictorum defectuum in re vendita fuerit, venditor quidem non peccat, quia facit iniustam materialiter.

terialiter; nec eius operatio est iniusta. . . . Tenetur tamen, cum ad eius notitiam pervenerit, damnus recomponere emptori.

Et quod dictum est de venditore, etiam intelligendum est ex parte emptoris. Contingit enim quandoque venditorem credere rem suam esse minus pretiosam quantum ad speciem, sicut si aliquis vendat aurum loco auriculiæ, emptor, si id cognoscit, vitiose emit, & ad restitutionem tenetur. Et eadem ratio est de defectu qualitatis, & quantitate.

II. Mutua itaque est obligatio tam venditoris, quam emptoris, vitia, aut bonitatem mercium manifestandi. Si venditor vitium occultum mercis non revelat emptori, non solum pretii quantitatem, si pluris vendidit quam merx tali vitio affecta valebat, restituit tenetur, sed etiam damna compensare debet que passus inde emptor est. Triplex, inquit S. Thomas, potest in merce esse defectus. Primus circa utilitatem, si uti argenteum pro auro, vitrum pro gemma vendas. Ad hunc defectum revocatur mercium diversæ speciei mixtio; ut si frumento hordeum immisceas, vino aquam infundas; quia, inquit Angelicus, quod permixtum est, patitur defectum quantum ad speciem. Quam mixturam detestatur Isaias Propheta cap. 1. Aurum tuum versum est in scortum, vinum tuum mixtum est aqua. Alii defectus spectant quantitatem, ut quando mensura minori mercis venditur, & maiori emuntur. Quam mensurarum diverſitatem Deus prohibet Deuteronom. xxv. Non habebis in sacculo diversa pondera, maius, & minus; nec erit in domo tua modius maior, & minor. Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc. Fraudis iterum detestatur Deus per Prophetam Amos cap. viii. Audite hæc qui conteritis pauperem, & despicere facitis egenos terre, dicentes: Quando transibit mensis, & venundabimus merces: & sabbatum, & aperiemus frumentum; ut in imminuant mensuram, & augeamus solum, & supponamus statera dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquillas fragmenti vendamus? Semper fuerunt avaritiæ præda, & pabulum negotiatores plurimum. Claudium in horreis servabant frumentum autumnali tempore, quia vilius tunc pretium erat. Granaria aperiebant mense octavo, nempe Martio, Aprili, & Maio, ut egenos, tunc alimentum delictuos alicui pretio optinerent. Mensuras dolosas supponebant, & ipsas quisquillas fragmenti mixti paleæ, ceteræ, & avena pauperibus vendebant. Quot negotiatores familiaria hac tempestate non per-

agant? Tertium defectum genus qualitatem mercis spectat, ut dum vendit animal infirmum tanquam sanum, medicamentum verus ece recens, vinum Italicum pro Gallico, vel coacta, panum nimis adustum, & male textum, tanquam bonum.

III. S. Thomas loc. cit. art. 3. perspicue declarat quid prestare venditor debeat qui vitium occultum emptori non manifestat. Venditor autem qui rem vendendam proponit, ex hoc ipso dat emptori damna, vel periculi occasione quod rem vitiosam ei offert, si ex eius vitio damnus vel periculum incurrere possit. Damnus quidem, si propter eiusmodi vitium res que vendenda proponitur, minoris sit pretii; ipse vero propter huiusmodi vitium nihil de pretio subtrahat. Periculum autem, si propter huiusmodi vitium usus rei reddatur impeditus, vel noxius; puta, si aliquis alicui vendat equum claudicantem pro veloci, vel iuviosum pro firma, vel cibum corruptum, sive venenosum pro bono. Unde si huiusmodi vitia sint occulta, & ipse non detegat, erit illicita, & dolosa venditio: & tenetur venditor ad damni compensationem.

Si vero vitium sit manifestum, puta cum equus esse morculos, vel cum usus rei, esse non competat venditori, potest tamen esse cogentis alius, & si ipse propter huiusmodi vitium subtrahat quantum oportet de pretio, non tenetur ad manifestandum vitium rei; quia forte propter huiusmodi vitium emptor vellet plus subtrahi de pretio quam esset subtrahendum. Unde potest licite venditor indemitari sine consilium, vitium rei reticendo.

IV. Quæ dicta sunt de venditore, eadem applicat Angelicus emptori. Si is pretio iniusto, puta vilius infirmo, rem emerit, sive mala, sive bona fide, detecto vitio compensare venditorem tenetur, æqualitatem pretii restituendo. Si mercem ut corruptam emerit, quæ revera erat sana; si prædium hypothecatum, quod liberum erat: si aurum pro argento, gemmam pro vitro: hæc omnia venditori, aut ignoranti, aut occitanti, manifestare emptor debet, & pretium iuxta mercium valorem augere.

V. Si venditor taceat vitium mercis nullo modo noxium emptori, pretiumque diminuat pro vitii qualitatis, & quantitate, nullam fraudem committit; dummodo emptor non interroget: quia inquit S. Thomas, emptor forte plus quam iustum esset, vellet de pretio detrahere, vitio cognito. Si tamen emptor interroget, sit nec in merce hæc aut ille defectus, manifestare illum licite venditor debet. Immo si venditor prudenter prævidet

deret emptorem non empturum mercem, vitio defecto, etiam pretii quantitate detracta; teneretur eundem monere. Sincere enim exercenda negotiatio est iuxta evangelicam regulam: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

VI. Quapropter non probo quod docent Salmaticenses tract. xiv. cap. 11. punct. 12. §. 1. num. 169. videlicet, si merx inutilis emptori sit ad finem propter quem illam emit, posse venditorem tacere vitium occultum, & mercem inutilem emptori vendere: dummodo pro vitii qualitate partem pretii detrahatur, & merx ceteroquin sit absolute utilis ad fines ad quos committitur venditur. Addunt tamen, hoc intelligendum esse de fine extraordinario, intento ab emptore. Immo praefatam doctrinam retrahenda videntur, dum subdunt, quod si ex circumstantia personae appareat, emptorem ad talem finem determinatum mercem emere, debeat venditor mercis defectum ob quem inutilis omnino est dicto emptori fini, manifestare. Si venderet v. g. vaccam ad arandum emptam ab agricola, quae inepta esset aratro, deberet monere agricolam inutilem esse vaccam ad arandum, quamvis opportuna macello foret. Itaque si venditores, & emptores christiana sinceritate negotiationem egerint, merito sibi mercium, & pretii defectus patefaciant. Si avaritiae aestu perciti se circumvenire studeant, fraudibus se mutuo implicabunt. Memoriam commendanda est S. Ambrosii doctrina Lib. III. Offic. cap. x. Intractibus vitia eorum quae veniunt, praedictentur, ac nisi intimaverit venditor, quamvis in ius emptoris transcripserit, doli actione vacuatur. Quam doctrinam exemplo Ravennatis illustrat, qui ne falleret Tobiam, iunioris illius filiam in axorem petentem, respondit, *lege quidem ipse eam debet, tantquam propinqua; sed dedisse se eam iam lex vitis, & eos omnes esse mortuos.* Item ibi cap. xiv. *Quam breviter absolvit omnes quaestiones Philosophorum. Ille de vitibus tractant dormorum, & tegenda, an prozenda a venditore videantur: hic ne filia vitia celanda arbitratus est.* Et quamvis puella amissa virginittatis maculam celare posset amafio volenti eam ducere, non propterea sequitur, a venditorem reticere emptori licite posse vitium mercis occultum: quia illa sediffimaret; iste probum, & aequum virum se proderet. Non decido tamen, licite puellam defloratam posse consensum praebere amafio honesto, eam ducere volenti, occultata amiffa virginittatis macula, quando ex circumstantiis praevideat

fore ut honestus amafius gravi dedecori & ignominiae sibi verat detectam violatae virginittatis notam. Utique diffamare se illa non attingitur; sed neque decipere in re gravi proximum debet. Certo credit amafius illam esse virginem: & si defloratam sciret, nullo modo eam duceret. Aliunde maculam detegere ille nequit. Lugeat ergo amafius virginittatem puella, amafiumque reiticit, si patefacere suum occultum vitium refugit. Ita non sentio; sed in tractatu de matrimonio serius sub examen difficultatem hanc revocabo.

VII. Opponere quoque solent nonnulli. Emptor non tenetur manifestare venditori thesaurum latentem in campo; ergo neque venditor vitium latens in merce. Similiter qui fasciculum herbarum emit, non attingitur declarare venditori herbam medicinalem magni pretii occultam. Perperam tamen obtruduntur paritates istae. Thesaurus non est campi pars, neque aliquid ad campum attinens; sicuti neque herba rara in fasciculo inelusa, plaris valet, spectato usque in quem venditur. Herba quippe in animalium pabulum venditur. Respectu autem istius usus herba rara eiusdem valoris est ac aliae herbae vulgares. Et omnino casuale est, & accidentarium, quod quis tali herba ad aliquem peculiarem finem indigat. At defectus sunt intimi ipsis mercibus, & cum ipsis pugnant ad quos emuntur. Emitur equus ad communis usus quibus inservire equi solent. Si defectibus laborat qui cum eiusmodi ipsis pugnant, ineptus est ad finem intentum. Idem de aliis mercibus dicendum.

VIII. Fraudulenti proinde sunt & doli mercatores qui eorumque, aliorumque auribus guttam mercium insuntunt, ut celeres, sistrum, & generosi appareant, quando natura sua tardi, pigri, & veluti stupidi sunt: qui in suprema superficie facci, vasis, cadi optimum triticum, optimos pisces collocant, ut emptor deceptus credat, ceteras occultas merces esse eiusdem bonitatis, cum sint inferioris conditionis: qui in ea officina partem pannum, aliaque merces offendent emptoribus, in qua minus lamen resplendet, ne deprehendi occultis defectus possint: qui denique verbis ambiguis occultare defectus mercium, & circumvenire emptores student.

IX. Circa varios defectus mercium vix affignari regula generalis potest respectu tam emptoris, quam venditoris. Nam si vitium non reddat notabiliter minus utilem mercem emptori, diminuto pro vitii proportione pretio, non tenetur absolute venditor non in-

terro-

terrogat vitium manifestare, ut docet S. Thomas supra citatus. Circumstantiae tamen occurrere possunt, ut emptoris ignorantia, eiusdem desiderium habendae mercis optimae in illo genere, & aliae eiusmodi, ob quas manifestandus defectus sit. Habenda quoque commercii & negotiationis ratio est. Nam merces eiusdem generis, non omnes eiusdem bonitatis, & qualitatis sunt: & si negotiatores declarare singulos defectus etiam viliores deberent, ac solas perfectas merces vendere, actum de commercio, & mercatura, esset. Quoniam etiam emptores sunt frequentissime morosi, & terri, qui oblevissimum defectum manifestatum diminovere plus iusto pretium vellent. Servanda ergo bona fides, & ab omni circumventionem cavendam, quoad fieri potest, & quantum patitur publica communitas, & negotiationum conservatio, quae Republicae necessaria est. Item si vitium fit ex se manifestum, & facile cognosci possit, venditor non interrogatus non tenetur manifestare, si emptor sit expectatus, & sine notitia fidens, venditorem non interroget. Prae oculis semper habenda est doctrina S. Thomae supra descripta, nempe. *Si vitium sit manifestum, puta cum equo est monachus, & si venditor propter huiusmodi vitium non tenetur ad manifestandum vitium rei: quia forte propter huiusmodi vitium emptor vellet plus subtrahi de pretio, quam esset subtrahendum. Unde potest licite venditor in demittit sua consulere vitium rei retinendo.* Si tamen venditor deprehenderet emptorem adeo simplicem, & hebetem, ut vel manifestos defectus agnosceret nescire; tunc pandere ei defectum deberet, quia in his casibus perinde est ac si defectus esset occultus. Tandem non modo quid rigorosa iustitia, sed etiam quid caritas christiana iubeat, spectandum est. Urgentur enim non raro, sin vi iustitiae, saltem vi caritatis, venditores partes emptoris, & contra emptores partes venditoris agere. Emptores circumvenit saepe solent venditores continenter clamantes: *Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.* Proverb. xx. Venditores contra clamant, Bonum est, bonum est; tamen merx corrupta sit, ad vitiorum plena. Et sic vitium iustitiam obfidet, & negotiationem peccatis implet.

X. Qui emit unam mercem pro alia, puta argentum pro plumbo, aut infimo pretio quod plaris valet, tutus ne in conscientia est, si dicat venditori: *Secura conscientia*

emere volo: si plaris haec merx valeat, domas ne mihi? Etiam conscientiat venditor, ignorans mercis naturam, iustumque pretium, non propterea tutus emptor est: sed ad restitutionem tenetur, & iustum pretium compensare debet. Quoniam consensus iste ex ignorantia aut qualitate, aut substantia generis, vel pretii eiusdem oritur, ideo involuntarius. Et idem dicendum de venditore respectu emptoris.

XI. Venditores potissimum cavere debent a mercibus permiscendis. Errant quippe, dum existimant quod vinum v. g. generolum aqua perfusum sit eiusdem bonitatis ac vinum commune. Quoniam licet quantum ad gustum sit eundem; immo etiam melioris saporis, tamen ob aequam adiectam inficitur, & facilius adest ac corrumpitur; ideoque vilios vendi debet quam vinum commune, ob intrinsecum defectum mixtionis, ut supra dictum est.

XII. Quando venditores dant unam mercem pro alia, si sit eiusdem utilitatis ad finem intentum, non peccant contra iustitiam absolute loquendo: quia licet sit diversitas substantialis physica, nulla tamen est moralis diversitas, quando aequae haec ac illa fini intento utilis est. Pharmacopoeia: quandoque unum pro alio remedio vendunt, cognita popularitatis indigentia. Si revera ad finem intentum remedia fiat omnino eiusdem efficacitatis, non peccant. Verum decipi interdum possunt in expendenda remedii virtute. Ideo, si remedium quod petitur, non habeant, monere emptorem debent. Nec igitur est iudicium ferre super medicinarum virtute. Illi frequenter peccant, quod medicinas nimium vetustas pro recentibus vendant.

XIII. Qui vendit mercem aliquo vitio affectam bona fide, non peccat; sed ubi relictiverit vitium, compensare emptorem debet. Si vero venditor emptori declarare se nolle vitium quod revera ignorat, periculum suscipere, tunc ad nihil tenetur, sed pro ratione periculi minere pretium debet.

XIV. Plura hic dicenda essent de pretio augendo ob periculum exigendi pretii, ob lucrum cessans, & damnum emergens. Verum de his omnibus *differt*. *leg. Julius* fermo erit: & has mercatorum servas quibus vel manifestam iniustitiam tegere solent, enucleabimus; & quam raro occurrant reipia praefati tituli vi quorum aucteri pretium possit, seu aliquid accipi ultra sortem, palam fiet.

XV. Quid de vitio monetarium? Qui monetam fallam pro vera eleatrat tradit, fur est, & graffator. Si ignoranter id praestet,

non

